



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliae Catholicae De Sacris Arcanis Deiparæ Mariæ Et Iosephi

Cum quadruplici Indice

Cartagena, Juan de

Coloniae Agrippinae, 1613

Homilia Vigesimaecunda. Eadem verba: Dispensit superbos mente cordis sui: de Hæreticis explicantur, insignisque inuectiua aduersus illis proponitur ex variis SS. Patrum testimonijs, præcipuè tamen ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51414)

non denegarent. Itaque volunt hi Patres propterea Iudæos non occisos, sed potius in dispersionem gentium abire permisos, ut factæ paginæ libros, qui Christum verum Messiam esse testantur, ad paganos etiam per varias regiones deferrent, ut hinc omnibus innotescat ea, quæ Catholica fides docet de Christo Domino, non esse Christianorum fragmenta, sed ea solū quæ antiqui Prophetæ multis retrò temporibus de illo vaticinati fuerant, & in illo ad vagum nunc completa esse perhibentur. Quare sicut senii post dominos suos codices ferunt, quorum pondere ipsi deficiunt, Domini verò legendo proficiunt, sic Iudæi sacros libros nostros portant, quibus ipsi onerantur, Christianicolæ verò erudiuntur, & qui ex gentibus ad illos conuertuntur. codicem ergo portat Iudæus, vnde Christianus credat, & ille confundatur, & Catholica veritas gentibus pateat. Hanc autem D. Augustini, & Ruperti rationem pulchra Regis vatis prophetia confirmo, quæ iustificat illam illustrat: *Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei: disperge illos in virtute tua, & depone eos prorector meus Domine: D. Augustinus vertit: Deus meus demonstravit mihi de inimicis meis: alludens forte ad originale Hebræum, quod in hunc modum habet: Deus videre faciet me in inuidis meis: ecce igitur prophetarū non omnes fore occidendos, ne occidas eos: ecce prophetarū dispergendos fore: disperge illos in virtute tua: ecce vniūque rationem prophetatam: ne quando obliuiscantur populi mei: dum enim ipsi per omnes mundi regiones sacros libros deferunt, non possunt populi obliuisci, nec inficiari ea omnia, quæ de Christo eius sectatores prædicant, in sacris illis codicibus multis retrò annis diuinitus prædicta fuisse. Quare putauerim, quod ad eum modum, quo olim Deus posuit signum in Cain, ita & illud imposuit in Iudæis: quem admodū enim in Cain, quem Deus propter mortem innocenti fratri suo Abel iniuste illatam,*

vagum & profugum super terram esse decreuit, posuitque in illo signum trepidationis (vt aiunt Interpretes super Genesim) ne occideretur, vt faceret textus ait: *Posuit Dominus in Cain signum, vt non interficeret eum omnis, qui inuenisset eum, ita sancte Iudæis fecisse videtur, quos propter iniustissimā innocentissimi Abelis, Christi Domini, mortem vagos super terram, profugos, & dispersos esse voluit; ne tamen occiderentur, posuit in eis signū, signum (inquam) non solum occultum circumcissionis, sed & manifestum, & omnibus patens, obseruantiam scilicet sabbati, immolationem in Paschate, azimorum comestionem, & alias similes antiquas legis ceremonias, quas ipsi custodiunt. hoc igitur multiplici signo ab aliis omnibus discreti minimè occiduntur, Deo id sic prouidente, vt sacrorum librorum per omnes regiones baiuli sint, & veritas Catholica Christum attestans magis ac magis in dies corroboretur. Cui sit honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.*

Interpretes
super c. 4.
Gen.

HOMILIA XXII.

Eadem verba: *Dispersit superbos mente cordis sui: de Hæreticis explicatur, insignis, inuectiua aduersus illos proponitur ex varijs Sanctorum Patrum testimonijs, præcipue tamen ex metaphora Vulpis, quam multiplici, tam sacra, quam humana eruditione prosequimur.*



EQVVRVS expositionem quorundam Doctorum, qui cum Angelo Coelestino verba illa Virginis: *Dispersit superbos mente cordis sui*: aptè de hæreticis intelligi opinantur, aduersus hæreticos Ecclesiæ Catholicæ infestissimos

Ang. Celest.
super Mis.
disc. 38.

- mos hostes sermonem opportunè incidentem minime silentio prætermittam. Damna quidem innumera, quæ Hæretici, mendaciæ parentes, Ecclesiæ Dei intulerunt, grauius adeo esse perhibetur, ut ad ea melius explicanda sancti Patres, veritatis amantissimi, variis ac ignominiosissimis nominibus eos compellauerint, ut cum nullo quâcumvis turpissimo nomine, ac foedissimo epitheto eorum malitia, & petulantia aperiri queat, saltem multiplex eorum varietas aliquid tantæ nequitiae propalare, ac detegere possit.
- D. Hierony.** S. Hierony. vocat Hæreticos *Idololâtras*, quia quot errores amplectuntur, & docent, tot idola colunt & colenda aliis proponunt. **D. Basil.** vocat eos *zizaniam*, Catholicæ doctrinæ frumentum suffocantem.
- S. Ioan. Casian.** Ioannes Casianus, *Veneficos*, qui in vase propinant, cum dulcia ambrosia venenum miscant, ut illo alliciant, hoc interimant.
- Theophyl.** Theophylus Alexandrinus, *prægnantes feminas*, quæ nauicam habentes super optima quæq; condimenta, labruscis acerbis, immaturis, ac nociuis diuersorum errorum fructibus vesuntur. **Damasceus.** Damascenus, *Hydras*, ex quibus varia errorum capita pullulât.
- Optat. Mileuit.** Optatus Mileuitanus, *fraudentes aucupes*, qui falso suæ prædicationis sibilo simplices auculas decipiunt. **Insignis Martyr Ignatius.** *falsos caupones, & tabernarios*, qui purissimum ac probatissimum scripturæ vinum cum putrida ac fetenti illorum expositionis aqua commiscunt.
- S. Clem. Roman.** *feras pessimas*, humano habitu indutas, *Lupos immantissimos*, *Diaboli organa seu instrumenta*. **Clemens Alexandrinus.** *amygdalas vanas absque medulla*. **S. Irenæus.** *Terrestres fungos*, quia sicut ij sunt quedam telluris excrementa, prauum eius humorem ac nocuum sugentes, ita hæretici quasi mundi excrementa, quidquid erroris antiqui hæreticæ reliquerunt, ipsi sugunt & bibunt.
- Tertullianus.** *Vestrosiones Catholicæ veritatis lucem execrantes*, *hæresum tenebras amantes*. **D. Athanasius.** *Arguillas*, quæ in squalenti ceno iacere gaudentes, & comprehensæ è manibus elabuntur, non secus hæretici in spurcissimo diuersorum errorum cæno ac luto voluptuario delectantur, & cum à Catholicis argumentorum efficacia comprehendantur, friuolus quibusdam responsis è manibus eorum elabuntur. **Origenes** appellat eos *falsa monilia*, quia sicut hæc exterius splendent, intus tamen nullius valoris sunt, ita hæretici verborum eloquia: & ut in primum loquuntur exterius in ignorantium oculis elucet, interior autem medulla verborum nullius profus valoris est. **Gregorius Nazianzenus.** *Chameleontibus*, illos comparat, quia in varios colores instat illorum excepto candido veritatis se transformant. **Diuus Chrysostomus.** *Simias* illos vocat, quia sunt sanctorum falsi, & simulati emulatores. **S. Cyprianus** appellat *Adulteros Ecclesiæ*, tum quia falsis interpretationibus sacra adulterat eloquia, tum quia tot concubinæ sunt mancipati, quot erroribus addicti. **S. Epiphanius.** *Scarabeos*, illos vocat super seientem globum ambulantes: *Scarabeorum genus*, quod à quibusdam (ait) *pillularium* appellatur: ac tandem **Diuus Epiphanius** comparat illos *Colubro seu serpenti*, nomine *Dipsadis*, quia sicut hæc, si ex aliquo fonte bibit, in illum venenum suum diffundit, non secus hæretici ad Catholicorum libros, tanquam ad fontes, bibere accedentes, multarum hæresum venenum in eos diffuderunt, quo salubrem Catholicæ doctrinæ aquam mortiferam reddunt; unde sicut cura ad illum fontem à Dipsade serpente insectum reliqua animalia ad bibendum appropinquant, venenum ebibunt, ita Catholici ad libros sacrorum Doctorum accedentes, ut veram ac salubrem doctrinam ebiberent, non semel accidit, ut propter intermixtos in eis ab hæreticis errores diuersarum hæresum infestissimam aquam haurirent.
- Ceterum inter omnia nomina & epitheta ad hæreticorum prauitatem detegendam,

gendam, principem locum tenet illud, quod Spiritus sanctus eis imposuit, *Vulpes illos vocans: Capite nobis vulpes paru- las, quæ demoliantur vineas: quem locum de hæreticis intelligi debere testes sunt omni exceptione maiores D. Chryso- stomus, D. Ambrosius, S. Augustinus, Elias Cretensis, Innocentius Tertius, Magnus Gregorius, S. Anselmus, Venerab. Beda, Alcuinus, Cassiodorus, Theodorus, Iu- stus, Angelom, & Philo, meritoque id Patres hi censuerunt, quia tam quæ in sa- cra Scriptura, quam quæ à Philosophis naturalibus de Vulpium proprietatibus tradita sunt, cuncta in illos adamussim quadrant. Nam in primis Vulpes animal est fallax ac fraudulentum, vnde abiit in prouerbum (vt refert Suidas in Collecta- neis:) *Cum Vulpe habes commercium, dolos caue:* sic hæretici mille calumniis, & frau- dibus frequenter vtuntur, vt fideles in suâ sententiam trahant, vt visum fuit in Ti- motheo Episcopo Eutychemo, qui, teste Theodoro, monachorum cellas noctu perambulabat, à somno illos excitans, singulisque ad fores dicens, se Angelum à Deo missum, vt eos moneret. Timotheû in Episcopum eligere. Sæpè etiam hæreti- ci suis libris catholicos auctores menda- citer imposuere, vt facilius doctrinam suam venditare possent, ac fideles decipe- re. & Lutherus in Epistolis, quas ad Prin- cipes quosdam scripsit, permulta in Eu- angelij laudem edixit, vt illos deciperet, viciis tamen nihil ei hanc fraudem pro- dedisse, multa typis mandauit Euangeli- cam doctrinam vituperans, imitans et- iam in hoc vulpem illam, de qua finxit AEsopus, quod cum uvas cuiusdam vitis comedere tentasset, & propter nimiam akitudinem eas capere nequiuisset, dixit acres, & acidas esse. Confirmat etiam fraudulentam ac fallacem vulpium na- turam, quod imitantur vlulatum lupi, & latratum canis, cum alioquin gannitus propria vulpis sit vox, ira hæretici cum scire datur, vlulant contra Catholicos tanquam lupi, cum autem volunt ani-*

mas capere, tanquam Ecclesiæ canes Ca- tholicorum latratum, & vocem simu- lant: aliàs gannunt adulando, mulcen- do, mentiendo, milleque modis dulciter decipiendo. Vnde nobilis & erudit. s. auctor, & condiscipulus noster, Ioannes del Rio super cap. 2. Canticor. dixit: *Catholicos decet similes esse ceruo, quæ Albertus Magnus testatur à gannitu vulpecule sibi ve- hementer timere.* Deinde de eadem vulpe sermonem agens inquit: *Ille vorax, im- mò & omnium est animal; fructu, caseo, pisce, carne vescitur; vidit, quæ prosum paruula cum adiuncta esset feli lactasti, collataneorum catulorum vnum non minorem se catum absumpsit, & pari impietate mox alteram tam callida hypocrisis, vt vix tandem parriedam nutriticula infelix deprehenderet, & cubili de- turbata mannam postmodum denegaret. Simili conditione multa Respublicæ & Prouin- cia hos receperunt humiles dimissosque; mox vt extulere, & ad partem aliquam gubernacu- culi receperunt; vt Geneuæ Calvinus, sic alibi Joboles Caluini, ceteros partim expulere, partim interemerunt. Vulpes cæcos parit, hi vi- dentes quos decipere, procius exoculant: Illa ubi minxerit, locum sterilem facit, ita vt & nata illic herba exarescant, aliàs nequeas tel- lus germinare: hi, ubi virtus suam fuderint, virtutes omnes deperdunt, & corda penitus ad opera bona sterileseunt. Quo pacto venetur vulpes aniculas carnivoras, scilicet; nonne idem isti, quando carnis licentia, vt hamo, carnales homines in fraudem pelliciant? Fraudandi autem consuetudo ita innata & conge- nita est vulpibus, vt quantumcunque paruulæ in domum ducatur, domari aut domesticæ minime reddi possunt, sed semper versipelles & fraudulentas in omnibus se exhibent; vnde quidam de Vespasiano loquens, qui ad impe- rij maiestatem & opulentiam euectus, auaritiæ morbo, vt antea laborabat, egre- giè dixit, vt tradit Suetonius: *Vulpes pel- lem mutant, non mores.* Atque hinc est, quod vulpes nunquam animalia pa- lam insectantur, sed clanculum, quem morem imitatus Lyfander (vt refert Plutar-*

Ioan. del Rio in c. 2. Canic.

Sueton. in vita Vespasiani.

Plutar.

Plutarch. in
vita Lysan.

Plutarch in
vita Syllæ.

Camill. Ca-
milli in suis
impressis
p. 1.

Psal. 5.

Plutarchus) duces illos irridebat, qui generoso animo indignum putabant per stratagemata hostem deuincere, & profligare, unde frequenter satis in ore vertebat: *Si leonina pellis non satis est, addenda vulpina.* nec ab hac sententia longe aberat celebris ille Dux Sylla, de quo Romanus Carbo solitus erat dicere (Plutarcho id referente) duo animalia, que in pectore Syllæ degebant, leo, & vulpis, bellum eruentum aduersus ipsum gerere, molestius tamen, & importunius vulpem illū vexasse; significans ad vincendum magis profuisse Syllæ vulpinam fraudem, quam leoninam fortitudinem. ad quod alludens Curius Boldierus nobilis Italus (vt auctor est Camillus) depinxit hastam, ex qua vulpis cauda pendeat, vt hac ratione significaret in bello nō solum fortitudinæ, quam hasta denotabat, sed & fraude, per vulpinam caudam significatam, vtendum esse instar vulpium. Ergo vt ad rem nostram redeamus, hæretici mille fraudes tentant, variasque fallacias frequenter machinantur, vt cum veritatis fortitudine pugnare non possint, vulpinis saltem armis pusillos quosdam animo & imbecilles scientia expugnent. unde David eorum fallacias præuidens dixit: *Linguis suis dolose agebant: super quæ verba D. Hieronym. affirmat, hæreticos vnum in corde gestare, & aliud ore proferre; quandoque enim apparet pietas in verbis, sed impietas semper residet in præcordiis; sermone produunt Christum, sed intrus regnat Antichristus; ac tandem Absalonem æmulantes, qui cum regnum ambiret, litigantes qui in Curiam veniebant, amplectebatur, ac verborum dulcedine, vt eos ad se alliceret, blandiebatur; ita hæretici sermonis melodia ac fucatis verbis animos fidelium aucupati fraudulenter fatagūt, vt ad eorum errores sectandos illos inducant. Illud etiam est vulpium ingenium, vt nunquam generosa animalia inuadant, sed pusilla & infirma, Anates, Gallinas, Agniculos, & similia; non dissimiliter hære-*

tici rarissimè viros Catholicos doctrina præstantes expugnare, & ad suam sententiam trahere aggrediuntur, frequentissimè tamè ignaros quosdam hominios, ac infirmas mulierculas decipere tentant, vt D. Hieronymus obseruauit, *D. Hieron. cum dixit: Multæ Hispaniarum, & Lusitanæ. 10. 64. Lusitanæ deceptæ sunt mulierculæ.*

Ad hæc ea est vulpium conditio, quod instar strabonū quasi extortis oculis oblique respiciunt, & non recto, argumentum planum interioris earum obliquitatis. In hoc hæreticos quis nō videat vulpibus ex vna parte persimiles esse, cum nunquam sacram scripturam rectæ, sed obliquæ intentionis oculis inspiciant, ex altera verò Catholicis valde dissimiles esse, quorum oculi instar Columbarum Catholicæ doctrinæ arcana Christiana simplicitate cernunt? edocti sanè à celestis illa Spiritus sancti Columba, qui, vt Christus dixit: *Docebit vos omnem veritatem.* Memini Deum per Ezechielem Prophetam ad hæreticum hominem dixisse: *Conturbabas aquas pedibus tuis: in quorum verborum commentario D. Hieronymus affirmat claras ac splendentes aquas, in quibus fidelium animæ refrigerantur, diuinas literas esse, hæretici tamen nolentes aquas mundas Siloe ebibere: quæ vadunt cum silentio; squalentes, turbidos, ac immundos errorum fontes querunt, Arium, Sabellium, Nestorium, Caluinum, Lutherum, Ecolampadiū, Bezam, & alios huius farinae perditissimos homines, à quibus non nisi impudentissimos errores hauriunt. Idque mirabile est in his hæresiarhis, quod sicut olim coeliuæ regis Balthassaris in sacris templi vasis vinum delibantes inebriabantur, falsosque Deos colebant, ita hæretici, vt obseruauit D. Hieronymus, in eisdem sacrae Scripturæ vasis bibentes, illi potantur ad ebrietatem, fideles ad sobrietatem: Idem sanè est Testamentum vetus, iudem noui testamenti codices, quibus Catholici & hæretici vtuntur, tamen illi instar apis argumentosæ, dulcissimum veræ doctrinæ*

doctrinæ mel, illi verò instar aranæ, venenum educunt. Quibus sanè accidit, quod olim Aegyptiis, qui ab eodem flumine, à quo claras & mundas aquas Israelitæ hauriebant, ipsi Aegyptij impuras & sanguinolentas deducebant. Est insuper vulpibus hæc innata proprietas, vt D. Gregorius adnotauit, quod nunquam rectis itineribus, sed tortuosis anfractibus perambulant, sic hæretici fugiunt ingredi tritas sanctorum Patrum vias, nolunt eorum sequi vestigia, sed singularitatem amantes, tortuosa itinera quærunt, per præuæ doctrinæ anfractus semper errantes, vt non immerito dixerit Dauid: *Singularis ferus depastus est eam.* quod sanè malum Ecclesiæ Catholicæ valde nocuum præuidens D. Paulus discipulo suo Timotheo, & in illo omnibus Catholicis, dixit: *Prophanas vocum nouitates deuita, vel, vt ingeniosè vertit Theophylactus: Prophanas vanitates vel vacuitates.* Id non semel obseruauit apud præcos illos Patres, sanctitate & doctrina conspicuos, quod ingenti odio nouitatem persequebantur adeò, vt D. Augustin. scribens ad Optatum super quadam illius opinione parum sibi accepta, nõ alia ratione illam refellat, quàm dicens: *Ipsa sola nouitate displicet.* & Sophronius in Concilio Seleuciano, cum quorundam recentes opiniones multis fucatis rationibus constabili audiret, ægè, inferens dixit, quod si liceret quotidie in rebus fidei nouitates introducere, nihil firmum deinceps in Ecclesia Dei haberetur. Vulpes item se dormire, & aliquando se mortuas simulant, vt liberius quod intendunt, obtinere queant ad eundem modum hæretici, hypochrisis amantissimi, virtutem simulant, sanctitatem fingunt, externam deuotionem præferunt, vt his pietatis inuolucris tanquam retibus permultos venari possint, & in suã perducere sententiam; & sicut Ecclesia Catholica verbo diuino instar retis vtitur, quo innumeros piscatur, & ad fidem Catholicam ducit, ita hæretici (vt aduertit D. Hierony.) or-

nata sua oratione & dulci sermone, tanquam reti, multos illaqueant: *Sagena, inquit Hieronymus, eorum est sermo affabilis, blandum eloquium, simulata ieiunia, vestis humilis.* his tamen blandimentis immanes sunt, & cruenti animorum carnifices, instar vulpis, quæ cum gallinam comprehendit, sanguinem eius sugit, trucidat, ac deuorat. Ad quod respiciens idè Diuus Hieronymus, hæreticos comparat Esau crudeli, *Edom* cognominato, quod interpretatur *sanguis*, quia sicut ille proprii fratris sui Iacobi sanguinem effundere curauit, ita hæreticus Catholici fratris sui per regenerationem baptismi sanguinem ebibere fatagit, vnde nec Decij, nec Diocletiani, nec Vespasiani adeo crudeles in Ecclesiam fuisse perhibentur, quantum immanes in eandem se ostentauit Arii, Sabellij, Nestorij, & similes alij. hi ergo infestissimæ vulpes sunt, quæ demoliuntur Ecclesiæ Catholicæ vineam, eamque radicibus deuastare conantur.

Fraudes autem, quibus ad illam demolendam vtuntur, per similes sunt illis, quas vulpes ad vineam deuastandam adhibere solent; illæ quidem radices vitis corrodunt; radicem ego vitæ spiritalis fidem esse agnosco, hanc tamen millies corrofam reperio ab hæreticis: mysteria quæso Catholici symboli in memoriam reuocate, idque vetustissimum esse facileprehenderis, Manichæus hæresiarcha, Deorũ multipliciter docebat: Arius consubstantialitatem Filij cum Patre negabat: Valentinianus corpus Christi non esse verè humanum, sed phantasticum sibilabat: Nestorius, Mariam non esse Dei Genitricem sacrilego ore promebat: ecce hæreticos radices Euangelicæ doctrinæ corrodentes. Quemadmodum etiam aliter vulpes vineam dissipare solent, teneros vitium pampinos comedentes, ita hæretici non semel magnam Ecclesiæ nocuumentum intuiere, dum teneros eius filios, infirmos tamen, quia nondum profundas iccetant in fide radices, à Christo,

D. Hier. sup.
c. 9. Eccl.

D. Hierony.
in Abdiama.

eius vite, præciderunt, carissimaque Ecclesia pignora, quæ ad vbera sua ipsa lactabat, ab eisdem vberibus ea diuidentes, ad hæreticos nutrices, qui corruptissimo hæreticæ doctrinæ lacte illos nutriunt, fraudulentè transtulerunt. Aliud etiam magni momenti damnum solent vulpes vineis inferre, cum maturos eius racemos dentibus præciderunt. Simile nocumeatum non semel ab hæreticis suscepit Ecclesia Catholica, dum viros alioquin in doctrina prouectos, qui velut maturi Ecclesiæ Catholicæ vineæ racemi erant, nunc fallacibus argumentis, nunc variis promissionibus præciderunt, & ab Ecclesia separarunt hoc damnum perpendens

Vinc Lyran.
de profana
hæret. nou.
c. 23. & 24.
D. August.
sup. Psal. 50.

doctissimus Vincentius Lyranensis dixit, eam esse maximam Ecclesiæ iacturam, cum doctiores illius ad hæreticos se transtulerunt. Vulpes insuper (vt D. August. obseruauit) sunt animalia semper fœtentia, in quo egregiè hæreticos adumbrant, quorum doctrina non nisi fœtorem spirat, cum inuitatio sit ad sacrilegas nuptias, & ad omnium libidinum prostibulum licentiosa facultas, nec non bonorum operum & sacramentorum Ecclesiæ, quæ præsentissima sunt animarum antidota, exterminatrix. Idem etiam D. Augustin. ait, vulpes solitas habere tales foueas, vt ex vna parte intrent, & ex altera parte exeant, non secus hæretici, & maximè Caluiniani, duas habent suæ foueæ ianuas, vel (vt melius dicam) vnam ianuam habent & vnicum posticum, quia si sint imbecilles & impares Catholicis, nulli (inquiunt) vis adhibenda fidei causa: si superiores, Papistas clamant non esse tolerandos. Quid plura? Dauid ait: eos qui persequuntur animas amicorum Dei, partes vulpium fore, quibus quæso est pars in hæreticorum consistoriis, nisi persecutoribus amicorum sponsi & sponsæ, hoc est, Christi & Ecclesiæ? Herodes à Christo vulpes fuit appellatus: dicitur vulpi illi: super quæ verba Glossa ordinaria ait: Herodem hæreticorum typum gerere, quia sicut ille tentauit Christum infantem oc-

Psal. 72.

Luce 13.
Gloss. ordi-
nar. inc. 13.
Luce.

cidere, ita hæretici totis viribus catholicas veritates, seu Christum per fidem, & charitatem in animis fidelium inhabitantem extinguere contendunt. Colligatas legimus caudas vulpium à Samsonè, & quoties quæso validissimis argumentis conuicti, tanquam funibus colligati, visi sunt hæretici cum Catholicis disputantes? & nihilominus non solum ab Ecclesia, sed à suis etiam capitibus, Caluino & Beza, imò, & à se ipsis (vt hac nostra tempestate contingit) dissentiant, modò hoc affirmantes, modò idem negantes, & tanè sic dissentientes semper insurgunt simul in Ecclesiam, maturescentes eius segetes adurete satagentes.

O felix Italia, ô felix nostra Hispania, in qua sacerrimum sanctæ Inquisitionis tribunal viger, & in qua tot adsunt Christianæ Fidei defensores, Ecclesiæ Catholicæ oculatissimi Angeli, custodes Christiani regis, vigilantissimi Pastores, solidæ, & incontaminatæ doctrinæ solliciti conseruatores, iniuriarum aduersus Ecclesiam Romanam, & Sedem Apostolicam acerrimi vindices. qui instar Moysis Exod. 32. vituli adoratores trucidant; instar Iosue Josue 7. sacrilegos Achanes lapidant, instar Eliæ 3. Reg. 17. falsos sacerdotes gladio confodiunt, instar Mathatæ igne ac zelo religionis accensus, hæreticis idolis sacrificantes occidunt, & aras eorum euertunt; instar Samuelis perfidos Sauls expoliant, & à sua sede deturbant; instar venerabilium senum inter lepram, & lepram iudicant, vt hæreticis lepra, quæ serpit vt cancer, coinquinatos à Catholicis separent, & sequantur, scientes, quod vna morbida pecus solet inficere omne pecus: instar tandem fortissimi Samsonis, quia sicut ille vulpes comprehendit, vt Philistæorum segetes deuastaret, ita sacri Inquisitores ac fidei censores hæreticas vulpes diligenter quarant & comprehendunt, vt hæreticam prauitatem exterminent & absumant.

Si tamen nosse desideratis, quomodo vulpes istæ comprehendi debeant: respondeo

deo simili modo capiendas atque siluestres vulpes capi consueuerunt. Tribus quidem modis istæ capiuntur, primus est agnoscendo earum foueam, tunc enim ad exitum eius plerumque capiuntur. Secundus, quando illa non agnoscitur, laqueum illis parare, vt dum transeunt, incidant in eum; Tertius vt cum neq; à fouea sua exeunt, neq; laqueo irretiuntur, ignis fumigans foueæ illatæ apponitur, sic enim egredi compelluntur, & cõprehenduntur: non secus comprehendendos hæreticos, & præcauenda mala quæ inferunt, tria sunt adhibenda remedia; primum nosse illozum foueas, hoc est loca, ad quæ diuertunt & quibuscum frequenter loquantur. hæc enim ratione sponsus nasum sponsæ comparat Turri respicienti contra Damascum: *Nasus tuus sicut turris, quæ respicit contra Damascum*: nam sicut nasus virtute olfactus manifestat, quæ latebant, ita speculatores ex sublimi turri præodorari debent inimicorum insidias, illasque detegere; quod sanè Inquisitores & censores fidei tam in Italia, quam Hispania vigilantissime præstant. Secundum remedium est, argumentorum laqueos illis parare, & validissima sacre Scripturæ testimonia velut reia eis ponere, quibus conuincti & salubriter illaqueati maneant. Tertium tandem, si hæc non profint, igne & fumo de cauernis expellendi sunt, implendo illud: *vre, seca, ne dum malè parci vana in malos clementia, sis in bonos crudelis*; cum enim hæreticus sit satumentum siccum, & à vite, Christo, præcisum, solum ei restat, vt in igne mittatur & ardeat. Terra quidem quæ spinas & tribulos germinat, reprobata, & ad ignem destinata censetur à D. Paulo, *cuius consummatio in combustionem*: terra hæc hæreticum hominem designat, qui quot errores credit, tot spinas veritatem Catholicam suffocantes in corde germinat, & ideo tanquam reprobæ terræ, consummatio in combustionem ei conuenit. Vnde olim Apostolus, qui à Moysè se separarunt, igne diuinitus misso fuerunt

combusti, ad cuius imitationem ignis poena conuenientissime Ecclesia hæreticos multare cõsueuit. Nicephorus enim refert hæreticum Anathalium viuum voracibus ignis flammis fuisse absumptum: Leontius Episcopus quædam monasteria, ad quæ multi confugerant hæretici, igne penitus concremauit. Bonifacius octauus postquam viginti retro annis quidam heremita, nomine Pangelupus, honorifice fuerat Ferrariæ sepultus, quia tamen hæreticus iuridice probatus est, continuo præcepit exhumi, & ossa eius publicè comburi. Quid quod D. Gregorius libr. 1. Dialogorum laudat, & probat, quod Romæ magicus quidam Bastius fuerit combustus? sed non solum Patres, sed & Deus ipse hoc supplicij genus probasse videtur; cum enim Ieremiam Prophetam interrogasset, *quid tu vides?* ille respondit: *virgam vigilansem ego video*; sed iterum Deo interrogante, *quid tu vides?* respondit: *Ollam succensam ego video*: quibus non obscure significare voluit, quod obstinatis peccatoribus, & maximè hæreticis, quibus non prodest virga correctionis, conuenienter adhibetur tanquam pertinacibus ardētis ignis poena. Cum tamen contingit (vt persæpè accidit) vt hæretici in manus factorum Inquisitorum non incidant, Deus ipse tanquam generalis & supremus Inquisitor cuius manus minimè subterfugere possunt, perse ipsum immediatè variis suppliciis in hoc etiã sæculo illos afficit: Simon enim Magus per aëra magica arte volitans, diuina virtute semimortuus in terram cõcidit, vt Arnobius scribit: Constantius Arrianus grauissimo dolore confectus, instar rabidi canis vitam exhalauit, vt refert Ammianus Marcellinus: Manicheus per sententiam in eum latam à Rege Persiæ, integra pelle detracta, decorticatus fuit, vt D. Epiphanius tradit: Montanus carnifex sui ipsius exitit, cū se ipsum è collo suspendit, vt Eusebius testatur: Parmenianus mortuus est decerptus & dilaceratus ab eisdem canibus, quibus sanctam

Nicephor.
lib. 3. c. 35.
Theod. lib.
4. cap. 11.

D. Greg. 1. 1.
Dialog. c. 4.

Ierem. 1.

Arnob. lib. 2.
cõ. Gentes.

Ammian.
Marcell. lib.
21. histor.
D. Epiphanius
heres. 66.
Euseb. lib. 5.
hist. c. 16.

Rrrr 2 sanctam

Cont. 7.

Al. Heb. 6.

Yon. 16.

*D. Thom. in
prosa.
Opus. lib. 2.
c. 1. Parm.*

*D. Athan.
orat. 1. cont.
Arrium.
Ruffin. lib.
11. sue hist.
cap. 13.*

*D. Nazianz.
orat. ad A-
thanas.
Euagr. lib.
sue hist. c. 7.
Cedren. in
suo compen.
hist.*

*Hieronym.
Bolzeus in
lib. de vita
Caluini.*

Ap. 6.

Lami. 27.

sanctam Eucharistiam (de qua D. Thom. dixit: *verè panis filiorum, non misendus canibus*) impudentissimè proiecerat, ut Opatus contestatū reliquit: Arrius ventrem purgans, etiam intestina summo dolore effudit, & animam Diabolo tradidit, ut Athanasius affirmat: Valens Arrianus viuis fuit concrematus, ut Ruffinus commemorat: Iulianus Apostata instar Datan & Abiron à terra fuit deuoratus, id referente Nazianzeno: Nestorius illud tormenti inauditū genus sustinuit, ut à vermibus sacrilega eius lingua, quæ tot errores protulerat, corroderetur, ut Euagrius narrat in sua historia: Anastasius hæreticus Imperator fulmine cælitus demisso, miserè interit, ut apud Cedrenum legimus: Caluinus pediculis, vel vermibus (ut alij volunt) consumptus, vitam præsentem cum morte commurauit, ut scripsit Hieronymus Bolzeus in libr. de vita illius. Ecce igitur quæra veraciter B. Virgo de hæreticis prophetauit: *Differis superbos mente cordis sui*, cum ab excelsis ac superbis illis cogitationibus alta sapientibus ceciderint, miserimo mortis genere vitam finientes.

Aduertere tamen oportet in his verbis assignasse Beatam Virginem cõmunem radicem, vnde pullulant hæreses, nempe superbiam; volentes enim Hæretici arcana nostra fidei humanæ rationis discursu ponderare, inuenti sunt minus habentes, quàm Catholica veritas doceat; in cuius figuram apud D. Ioan. lib. suarum reuelationum lego, vidisse equum nigrum & equitem super illum stateram habentem in manu sua: eques hic super equum nigrum hæretici hominis typum gerit, qui super caliginosam ignorantiam suæ abyssum equitans, statera fallaci humanæ rationis diuina mysteria superbè, & petulanter præsumit ponderare & mensurare, in memor quod Deus ad mensuranda ea, quæ ad sanctuarium pertinebant, legem olim statuit, ne communi statera quispiam, vteretur, sed propria & specialis ipsius sanctuarij; ad mensuran-

das quidem Catholicas veritates fallax est sola humana ratio; vera & fidelis statera est diuina reuelatio, & Ecclesiæ Catholicæ expositio, quam quia superbi hæretici respiciunt, etiam à Deo respiciuntur, Beata Virgine dicente. *Differis superbos mente cordis sui.*

Ad extremum illud dicendum restabat, quando oportunitus hæreticæ istæ vulpes capiantur. Spiritus sanctus e erit id nõ obscure docuit, dum monet, cum paruulæ sunt, comprehendi debere: *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliantur vineas*: vulpeculæ paruulæ quantum capti sunt faciles, tantum inueteratæ vulpes sunt difficiliore, Græco enim prouerbio vulgato dicitur: *Amosa vulpes haur capiu laqueo*: non dissimiliter recentes hæretici facilius ad Catholicam fidem redeant, annosi verò & inueterati ita tenaciter suis impijs adherent erroribus, ut difficillimè ab eis diuellantur. Quantum autem inter sit principiis obstare, & nõ serò medicinam parare, experientia ipsa cum magna Ecclesiæ iactura comprobauit: modicum quidpiam est ignis scintilla, si tamen in puluerem bellicum incidat, arces & ciuitates solo æquat: parum fermenti modicum quidpiam est, & tamen totam massam acidam reddit: modicum cancri exiguo membro insidens per totum corpus paulatim serpit: vna pecus non semel totum gregem infecit, oportet igitur ad hæc incommoda vitanda, ut absque vlla mora scintilla extinguatur, fermentum massæ non misceatur, cancer vterius progredi prohibeatur, alioquin domus tota, massa tota, corpus totum, grex totus concremabitur, corrumpetur, canero putrescet, & morbida fiet. Scintilla quidem vnica fuit Arrius in Alexandria, quia tamen absque vlla interposita mora non fuit exstincta, quasi totum Orientem combussit: parum fermenti fuit Donatus in Hippone, quia tamen continuo nõ fuit segregatus à fidelium massa, breuissimo tẽpore magnam Africæ partem corruptis: Pestilens cancer erat Marion in Ponto,

In Ponto, quia tamen statim non fuit praecellens, haereticæ doctrinæ cancto partem Septentrionis non modicam exulceravit: Vna sola pecus morbida erat Luther in Vitemberga, quia tamen confestim à rege non fuit expulsi, ingentem partem Occidentis labefactavit. O insignem nostræ Hispaniæ laudem, quod nullum unquam genuerit Hispanum, nouæ sectæ inuentorem: Hispanus quidem fuit Priscilianus, non tamen haereticus inuentor, eam enim didicit à Monacho quodam Aegyptio, Marco nomine, haeretico gnostico: Haereticus Ariana ortum habuit in Alexandria, per Gothos verò in Hispaniam introducta, penitus tamen fuit extincta felici Regis Recaredi tempore. Vigilantium haereticum quidam putant fuisse Hispanum, alij Gallum, hoc tamen licet in dubium vertatur, certum tamen est ex Gallia eam haereticam adduxisse, vbi edoctus & instructus fuit à sua iuuentute per plurimos annos. quod si in Hispania pullulare coepit haereticus, integerrimam Deiparæ Virginitatem negans, Teudus, & Pelagius Gallici haeretici illam asportarunt, quos tamen verbo, & scripto acriter confutauit, & conuicit sanctus Ildephonus Hispanus Archiepiscopus Tolitanus. Ad hæc cum haeretici Albigenes in Gallia suam diffunderent haereticam, sanctus Dominicus Hispanus (non solum Hispaniæ, sed totius Ecclesiæ Catholice decus, & ornamentum) illos acerrimè expugnauit, & Domina Blanca Regina Gallia, Hispana tamen natione, Catholice Fidei zelo accensa penitus illos extinxit. Vnde Genebrardus (licet natione Gallus) veritate tamen compulsus acrimoniam considerans, qua Hispani tàm haereticos, quàm Paganos extirpare conantur lib. 4. suæ Chronographiæ dixit: quasi Hispanorum opus sit expugnare infideles, & Paganos & ibidem paucis interpositis loquens de rege Hispaniarum Ferdinando subdit hæc verba: Quo anno in perpetuum Iudæos suis Hispanicis regnis expulsi, & vi haereticos, & Manros penitus inde e-

uelleret, Inquisitionis Officium instituit, cuius officium Rex ipse subest. hæc ille. Cum autem dixit: Inquisitionis officium instituit, subintelligi debet ex auctoritate à Sede Apostolica ad id ei concessa. Ingentes igitur gratias Deo optimo Maximo referat Catholica nostra Hispania, sub Catholico per antonomasiam Hispaniarum Rege Philippo Tertio, quod, vt sponsus dixit: vinea nostra floruit, cum alioquin Angliæ vinea perierit, Germania à singulari A pro partim depasta luceat, Gallia verò in permultis eius locis (proh dolor) penitus aruerit: gratias iterum immortales Hispania Deo referat, quod si quandoque (quod raro contingit) haereticus in ea pullularunt, aduentitiam quidem fuerunt, non ibi exorta, continuoque illæ à vigilantissimis contra haereticam prauitatem Iudicibus resocantur, & cum earum assecclis comburuntur, vt sic integra, inuoluta, sincera, pura, ac irrefragabilis Christi Fides semper permaneat: cui sit honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Cam. B.

HOMILIA XXIII.

Eadem verba: Dispersit superbos mente cordis sui: iuxta quorundam Patrum sententiam de Daemonibus explicatur, nec non de omnibus superbiis indiscriminatum, varique modis commemorantur, quibus diuini brachij potentia illos disperdit, & dissipat.

D. Aug. tract. super Magnif.

Euf. Emissenus hō. ser. i. sexta ante 4. Dominicā Aduentus.



OMINE superborum B. Virginitem comprehendisse Luciferum, & omnes eius cohortes testantur cum D. Augustino, Eusebio, Emissenus, dum ait: fecit potentiam Dominus in brachio suo, quia Diabolum vicit, & infernum spoliavit. necnon eruditus auctor de infania Salmeron dicens: quod ergo ait, dispersit, ad Saluatoris.

RIT 3 super-

Gen. li. 4. sua Chron. ann. 1492.